

XXVI.  
38  
SYMBOLA HE-  
ROICA PRIVATA  
Illustrissimæ & pervetu-  
stæ familiæ Principum Anhaltino-  
rum, &c. rebus præclare gestis domi  
forisq; celebratissimorum.

*QUIBVS ACCESSERVNT ACRO-  
grammatismi peculiare ipsdem destinati*

AB

HENRICO KITSCHIO  
*Lipſico Pbiliatro.*

SVB AVSPICIUM

Ineuntis novi Anni post incarnatio-  
nem Christi

*prohls CeDVnt oMnIs rItè.*



L I P S I A E

Ex Typographæo Abrahami Lambergi.

37.

Illustrissimis & generosissimis  
Principibus ac Dominis,

Dn. IOANNI GEORGIO  
Dn. CHRISTIANO  
Dn. AVGVSTO  
Dn. RODOLPHO VII.  
Dn. LVDOVICO

Fratribus conjunctissimis.

*Nec non*

Dn. Ioannis Georgij, & Christiani præclara  
spe & expectatione non pœnitenda,  
Filijs dulcissimis.

Dn. JOACHIMO ERNESTO  
Dn. JOANNI CASIMIRO  
Dn. CHRISTIANO  
Dn. FRIDERICO MAVRITIO  
Dn. GEORGIO ARIBERTO

*Principibus Anbaldinis: Comitibus Ascanijs: Dy-  
nastis Cervetij & Bernburgi &c. Dominis  
meis Clementissimis,*

Pagellas hæc Strenæ loco, studio bene me-  
rendi de singulis, subjectissimo animo  
offero, & voveo.

SYMBOLA HE-  
ROICA PRIVATA

Illustrissimorum Principum  
Anhaldinorum.

Dn. IOANNIS GEORGII, Principis  
Anhaldini, Placidi.

*Ἐπιγονασιως.*

I. Dum spiro, spero.

*Optima dum spero, viridis mihi præterit ætas,  
Vota cadunt quamvis irrita, spero tamen.*

II. Auxilium meum sit adju-  
torium Domini.

*Hilff du heilige Dreyfaltigkeit.  
Dia Trias tu sis præsto mihi rebus in arctis,  
Adjutor Dominus fert mihi solus opem.*

III. Gaudet patientia duris.

*A 2'*

*Nobi-*

*Nobilitas crux hinc, gaudet patientia duris,  
Assurgit ceu sub pondere palma suo.*

*Dn. CHRISTIANI Principis Anhaltini, He-  
rois Magnanimi, Toparchæ superioris Ba-  
variæ Electoralis Palatinæ.*

**I. Christo & patriæ.**

*Delectet reliquos vivendi insana voluptas  
Pro Christo, & patriæ, sit mihi dulce mori.*

*Non mea sed populi spectabo commoda, nam Dux  
Non mihi, sed populo munia tanta gero.*

**II. Perenne sub polo nihil.**

*Navita quod conto; agricola & quod sulcat ara-  
Pendula & alarum remigio quod avis, (tro,  
Et quod in his fuerit, vel homo, vel bestia, vel stirps,  
Nil est sub vasto hoc, ecce, perenne polo.*

**III. Dona dantur de super.**

*De super omne bonum datur: & sine Numine nun-  
Extitit egregium, quod fuit, est, & erit. (quam*

*IV. Ex*

IV. Ex hoc in hoc.

*Ex hoc semper in hoc. Redit hinc labor actus in or-  
Excipit ut noctem lux, ita cura aliam. (bem.*

Dn. BERNHARDI, Principis Anhaltini  
*Ευαγγελιστᾶ.*

In silentio & spe.

*Spes fidei requies: tranquilla silentia vitæ:  
Qui silet, & sperat, tutus ubiq; sedet.*

Dn. AVGVSTI, Principis Anhaltini  
*Evergetæ.*

In Domino virtutē faciemus.

*Virtutem in Domino faciemus: aheneus est hic  
Murus, & in dubiis non nisi victor abit.*

Dn. RODOLPHI VII. Principis Anhaltini  
*Constantis.*

I. Etiam si Occiderit me, spe-  
rabo in eum.

*Me licet occidat spaciosi rector olympi,  
Spes tamen abs illo pendeat usq; mihi.*

## II. Disce mori.

*Vive pie, quicumq; mori feliciter optas,  
Utq; pie possis vivere, disce mori.*

Dn. IOANNIS ERNESTI, Principis Anhalti-  
ni, & c. & c.

Portio mea Christus.

Christi Blut ist mein Erbgut.

*Christi haeres ex ære ego sum: mea portio Christus:  
Sunt Testamentum vulnera purpurea.*

Dn. LUDOVICI, Principis Anhaltini, Cati, &  
Solertis.

I. Vita mihi Christus, mors  
lucrum.

Christus ist mein Leben / Sterben ist mein  
Gewinn.

*Vita*



*Vita mea est Christus; mors lucrum: morte lucrabor  
Vitam, in te Vitâ, Christe benigne, mea.*

II. Malum consilium est, quod  
mutari non potest.

*Consilia incudi, mala sunt, quæ reddere non est,  
Cudere & in melius non benè cusa prius.*

Dn. IOACHIMI ERNESTI, I.G.F. Primoge-  
niti, ex Dorothea Comitissa Mansfeldica, Prin-  
cipis Anhaltini, Strenui.

I. Integritas & rectitudo cu-  
stodiant me.

*Me pia simplicitas, & recti norma gubernet,  
Mens simplex fraudes odit, amatq; Deum.*

II. Conscientiæ satisfiat, non  
calumniæ.

*Esto: Theonino quòd dente calumnia rodat,  
Si recti, satis est, conscia mens mihi sit.*

Dn. IO.

Dn. IOANNIS CASIMIRI, I.G.F. Primogeni-  
ti ex Dorothea Palatina Rheni &c. Principis An-  
haldini, Perpicacis.

Constanter & sincerè.

*Quicquid ago, constanter ago, sed cautio, ut omne  
Sincerus candor comprobet, id quod ago.*

Dn. CHRISTIANI C.F. Protogoni ex Anna  
Comitissa Bentheimiana &c. Principis  
Anhaldini, Ingeniosi.

Astra petit virtus.

*Sunt, quibus in cœlum ire datur; sunt quos sua vir-  
Et pietas imâ vix benè tollit humo. (tus,*

*Sed mea me pietas, mea me super aurea virtus,  
Astra feret suavis stat mihi laudis honos.*

Dn. FRIDERICI MAVRITII I.G.F. Prin-  
cipis Anhaldini, Mavortij.

Arte & Marte.

*Mit Verstand/ vnd der Hand,  
Rathen/ vnd Reitten.*

*Hec*

*Hæc ducis est virtus non uni insistere palmæ,  
Sed nomen factis quærere, & ingenijs.*

**ACROGRAMMA**  
**TA, QVIBVS SINGVLORVM IL**  
lustrissimorum Principum Anhaltinorum  
nomina designantur.

I. Dn, IOANNES GEORGIVS, Princeps  
Anhaltinus P.P.

**Jovæ Gratia Piorum Assertrix**  
**Præmium Perenne.**

*Præmia dico pijs sunt ista perennia, Jhovæ  
Gratia quæ fundit divite larga manu.*

*το αὐτό.*

**Incluta Generis Propago Al-**  
**ma Piorum Protectrix.**

*Si quando assistit pietas, tunc stemmata stirpis  
Incluta conservas Numinis alme Favor.*

B

II. Dn.

II. Dn. CHRISTIANVS, Princeps Anhaltinus,  
Heros incomparabilis P.P.

Celsa Poli Amantibus Pieta-  
tem Prædestinata.

*Quis curæ pietatis amor, præclusa supremi  
His non commemini Celsa fuisse poli.*

ET.

Constantia Principis Auctora-  
mentum, Populi Præsidium.

*Principis hoc robur, populi constantia: contra,  
Præsidium populi est dux simul ipse sui.*

III. Dn. BERNHARDVS, Princeps Anhalti-  
nus P.M. ex Eleonora Ducissa VVirtenbergica, & Tec-  
cia, qui postquam conflixisset aperto Marte cum ejuratissimo  
Christiani nominis & ominis hoste Turca, Tirnavij  
superioris Pannoniæ, morte placida consopi-  
tus vitam in his terris clausit.

Benignitas Perfugium Aeru-  
mnosis Perpetuò Manet.

*Perfu-*

*Perfugium miseros semper manet unicum & unū,  
Ponat vi in fœnus quis benefacta Deo.*

IV. Dn. AVGVSTVS, Princeps Anhaltinus P.P.  
Arma Prudentiæ Actiones Po-  
liticæ Populo.

*Non satis armabit ferrum, prudentia regi  
Ni præstò. Ingenij civibus arma placent.*

V. Dn. RODOLPHVS VII. Princeps Anhal-  
dinus P.P.

Regula Perpetua Aequitatis  
Prudentiam Politica.

*Regula perpetua est rerum experientia prudens  
Ejus, quod fieri æquiq; boniq; velis.*

ALIVD.

Ratio Penficulatio Aequita-  
tem Promptè Parit.

B 2

Ad

*Ad votum cedit semper quidquid facis, æqua  
Appendit quoties lanx rationis onus.*

VI. Dn. IOANNES ERNESTVS, Princeps  
Anhalдинus P.M. rebus humanis Viennæ Austriæ ex-  
emtus, postquam cepisset cum ardentissima febris con-  
flictari, post deditiōem Albæ Regalis, in quam  
Mavortius ille Heros primus impetū fecerat.

Inferior Erga Potentio-  
rem Af-  
surgat Probitatis Mini-  
sterio.

*Subjectim inferiorem assurrexisse potenti,  
Illa probi faciunt signa ministerij.*

VII. Dn. LVDOVICVS, Princeps Anhalдинus P.P.  
Lex Posita Aequitati Pari  
Pondere.

*Quid dicam leges? æquum. nam pondere si non  
Stent æquo, leges non probo, quotquot erunt.*

ET

ET ITERVM.

Lætitia Piorum Aeternitatis  
Portio Prædicatur.

*Tristia ferre lubens qui vis adsuescat, oportet,  
Namq̄ est Christicolum portio læticia.*

VIII. Dn. IOACHIMVS ERNESTVS, I.G.F.  
Princeps Anhaltinus.

Justitia Electa Pietatis Aemula.

*Discite justitiam mortales, æmula Divum est.  
Odit qui fratrem, haud diligit ille Deum.*

IX. Dn. IOANNES CASIMIRVS, I.G.F.  
Princeps Anhaltinus.

Incrementum Candoris Parit  
Amor.

*Quisquis amat, quod amat sincerus candor, eũ omni  
Gratia cœlestis Numinis auctat ope.*

B 3

X. Dn.

X. Dn. CHRISTIANVS C. F. Princeps  
Anhalдинus.

Cuncta Producit Annus.

*Zeit bringt Rosen.*

*Haud labor agricolæ; simul & natura locorum,  
Anni sed profert hora benigna rosas.*

ET.

Concordia Parit Amicitiam.

*Conciliat facili nexu concordia amorem,  
Dissociant Divas aurea mala Eridos.*

XI. Dn. FRIDERICVS MAVRITIVS I.G.  
F. Princeps Anhalдинus.

Favor Munificus Præsidium  
Afflictis.

*Præsidium afflictis nullum scio, munere desit  
Si Mæcenatis gratia magna suo.*

XII. Dn.



XII. Dn. HENRICVS VVOLDEMARVS  
Princeps Anhalдинus P.M.

Hæc Via Perennis Aeternitas  
Piorum Monumentum.

*Quæ Via Martyribus patet, ut præconia constent?  
Emori: ut in cælo vita perennis eat.*

Dn. HENRICVS VVOLDEMARVS Prin-  
ceps Anhalдинus Vivus.

Hominis Vita Piè Acta Vire-  
scit.

*Vita hominis traducta piè post Fata virescit,  
Doctrina & virtus nescit obire diem.*

XIII. Dn. GEORGIUS ARIBERTVS I. G. F.  
Princeps Anhalдинus.

Gratior Auro Pietatis Amor.

*Est pietatis amor nunquam non gratior auro:  
Iro pauperior, qui pietate vacat.*

ET.

ET.  
Gloriam Augustam Producit  
Annus.

*Omnia tempus habet, fert omnia temporis ætas,  
Gloria, Nomen, Honos, hac veniente, venit.*

F I N I S.



Be 231.

8

ULB Halle

3

002 690 756




56.

VD77








37.

XXVI.

SYMBOLA HE-  
ROICA PRIVATA  
Illustrissimæ & pervetu-  
stæ familiæ Principum Anhalдино-  
rum, &c. rebus præclare gestis domi  
forisq; celebratissimorum.  
*QUIBUS ACCESSERVNT ACRO-  
grammatismi peculiare iisdem destinati*  
A B  
HENRICO KITSCHIO  
*Lipſico Pbiliatro.*  
SVB AVSPICIVM  
Ineuntis novi Anni post incarnatio-  
nem Christi  
*proble Cedvnt oMnia rItè.*



L I P S I A E  
Ex Typographæo Abrahami Lambergi.

38

